

TYPOGRAPHVS

Lectori S.

C*VM nobis esset indicatum, adhuc restare nonnullas Consultationes haud contemnendas Montani, quae inter editas non reperiuntur, easque studiosis Medicinae & gratas & utiles futuras esse existimaremus, operam dedimus, ut illas quoque nancisceremur, ut eae quasi Appendicis loco reliquis iam excusis à nobis adiungerentur. Quoniam verò illae amicis nostris (qui nobis postea miserunt) liberaliter communicatae fuere à Clarissimo viro, & praecipuo Comitatus Tyrolensis Medico D. Hieremia Schweickero, quicquid ex illis utilitatis aut fructus alij ceperint, ut id omne isti Doctissimo & humanissimo viro acceptum grato animo referant, adhortamur. Valete.*